DE VOCABULIS SINGULARIBUS
LUCRETIANIS

# DE VOCABULIS SINGULARIBUS LUCRETIANIS

I


SCRIPSIT

Karl Julius

CAROLUS I. HIDÉN


---


HELSINGFORSIAE MCMXXI

ACADEMIA SCIENTIARUM FENNICA

HELSINGFORSIAE MBMXXI
TYPIS SOCIETATIS LITTERARUM FENNICAE

# De vocabulis singularibus Lucretianis

## I

Scripsit

Carolus I. Hidén

In carmine, quod De rerum natura inscribitur, poeta celeberrimus T. Lucretius Carus permultis usus est vocabulis, quae apud alios scriptores Romanos adhuc reperta non sunt aut ab imitatoribus Lucretii aliisque rarissime usurpata. Quibus de vocabulis iam antea egerunt Anglus H. A. I. Munro in editionis carminis Lucretiani volumine secundo[1] et Germani R. Bouterwekius et C. Wolffius dissertationibus academicis[2]. Verum quia copia vocabulorum totius latinitatis quam accuratissime congesta disposita tractata est Thesauro Linguae Latinae, qui Lipsiae inde ab anno 1904 prodit, haud inutile duxi vocabula singularia apud Lucretium occurrentia denuo percensere. In locis Lucretianis adferendis editione Briegeri usus sum, quae iam omnibus notissima est[3], discrepantibus scripturis

---

[1] T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex with notes and a translation by H. A. J. Munro. Fourth edition finally revised. I—III. Cambridge 1886, 1891.

[2] Lucretianae quaestiones grammaticae et criticae. Dissertatio inauguralis philologica quam ··· publice defendet ··· Rudolfus Bouterwek. Halis Saxonum 1861.

De Lucretii vocabulis singularibus. Dissertatio inauguralis philologica quam ··· publice defendet ··· Carolus Wolff. Halae 1878.

[3] T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Edidit Adolphus Brieger. Lipsiae 1899.

Lachmanni Bernaysii Munronis Giussani[4] breviter commemoratis[5].

† **aborisci** i. q. occidere[6]

V 721 *cur nequeat semper nova luna creari .... Inque dies privos aborisci quaeque creata Atque alia illius reparari in parte locoque*[7].

**acosmos** (graece ἄκοσμος) i. q. inornatus[8]

IV 1136 *[puella] Nigra melichrus est, inmunda et fetida acosmos*[9].

**adactus**

V *1317 *Nam transversa feros exibant dentis [aprorum] adactus Iumenta*[10]. VI *773 *multa per ipsas Insinuant naris infesta atque aspera adactu* solus Lachmannus proposuit pro codicum scriptura *tactu*[11]. Praeterea hoc vocabulum occurrit sexto demum post Chri-

---

[4] T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Carolus Lachmannus recensuit et emendavit. Editio quarta. Berolini 1871.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Recognovit Iacobus Bernaysius. Lipsiae 1894.

T. Lucreti Cari De rerum natura libri sex. Revisione del testo, commento e studi introduttivi di Carlo Giussani. I—IV. Torino 1896—1898.

[5] Loci Lucretiani Thesauro adnotati e Munronis editione excerpti sunt.

[6] † crucis signo et ἅπαξ εἰρημένα quae proprie dicuntur et vocabula singularia apud Lucretium pluries occurrentia indicavi.

* stellula eos locos signavi, ubi codicum scriptura ab editoribus mutata est.

[ ] uncis verba loci explicandi causa adiecta inclusi.

[7] *aborisci,* quod primus impressit Lachmannus, codices Vossiani (oblongus et quadratus) servant, *abolisci* corrector quadrati fecit, si Lachmanno fides habetur, neque oblongus neque quadratus, id quod in articulo Thesauri ex adnotatione Munronis parum clara perhibetur.

[8] Vocabulum graecum inde a temporibus Homeri (Il. II 213) satis usitatum.

[9] Conferatur O. Weise, Zur Latinisierung griechischer Wörter (Arch. VIII pp. 339—368); de Lucretio p. 344.

[10] *adactus* e coniectura Marulli, *adauctus* codices.

[11] Cfr C. I. Hidén, De casuum syntaxi Lucretiana II. Ablativus. p. 101.

stum saeculo apud Eugraphium in Commento Terentii Adelph. ed. Klotzii 2, 2, 21 *articuli sunt in digitis, quorum nodo atque flexu adactus* (gen.) *facilis explicatio est* et apud Augustinum in opere imperfecto Contra secundam Iuliani responsionem ed. Mignei II 126 *sine adactu* (i. e. *sponte*) *nostro*, ubi alias editiones habere *adductu* O. Hey testatur.

† **adauctus**

II 1118 *quaecumque vides hilaro grandescere adauctu Paulatimque gradus aetatis scandere adultae.*

† **adaugmen**

VI 534 *tamen ad maris omnia summam Guttai vix instar erunt unius adaugmen.*

† **adhaesus**

III 381 *neque pulveris interdum sentimus adhaesum Corpore;* IV 1218 *[semen] Tenve locis quia non potis est adfigere adhaesum;* V 829 *Multaque tum tellus etiam portenta creare Conatast · · · · Vincta · membrorum per totum corpus adhaesu;* VI 465 *vestes Suspensae, cum concipiunt umoris adhaesum.*

Nomen ab Lucretio fictum, quod *adhaesio* in versum non conveniebat, e Thesauro quoque constat.

**adlaudabilis**

V 148 *Dicere · · · Adlaudabile opus divom laudare decere · · · Desiperest.* Ante iam exstat adiectivum apud Plautum in Persa 673.

† **admoderate** i. q. accommodate

II 169 *At quidam · · · Naturam non posse · · · rentur Tanto opere humanis rationibus admoderate Tempora mutare annorum frugesque creare.*

† **adopinari** i. q. iudicium, arbitrium extendere ad

IV 797 *Deinde adopinamur de signis maxima parvis Ac nos in fraudem induimus frustraminis ipsi* [12].

[12] Melius Munro anglice interpretatus est: Then too from small indications we draw the widest inferences cet.

† **adsugere**

IV 1170 *Quae [mulier] tenet adsuctis umectans oscula labris.*

† **adumbratim**

IV 346 *Sed quasi adumbratim paulum simulata videntur [saxorum structa].*

† **aedituens**

VI 1266 *Hospitibus loca quae complerant aedituentes.*

Vocabulum a poeta novatum pro usitato *aedituus* ad articulum Thesauri recte adnotat R. Thurneysen, id quod iam A. Gellius commemoraverat Noctium Atticarum XII 10,8.

† **aegrere**

III * 106 *Saepe itaque in promptu corpus quod cernitur aegret* [13]; * 821 *Praeter enim quam quod morbis cum corporis aegret [anima]* [14].

Verbum grammaticis notum fuisse in Thesauro commemoratur.

† **aegror** i. q. morbus

VI 1123 *Consimili ratione venit bubus quoque saepe Pestilitas et lanigeris balantibus aegror.*

E coniectura scriptum legitur hoc vocabulum apud Pacuvium trag. 275 et apud Accium 349.

† **Alidensis**

IV 1106 *Et bene parta patrum ⋯ Interdum in pallam atque Alidensia Ciaque vertunt.*

Adiectivum codicibus servatum E. Diehl Munronem secutus in Thesauro ab Alinda Cariae oppido derivatum esse dicit, rectius fortasse Bernaysius Brieger Giussanus alii cum I. Iesseno ab Alide (i. e. Elide) prima syllaba propter metri necessitatem correpta contendunt [15].

---

[13] *aegret* Lachmannus restituit, *aegrum* codices praebent.

[14] *aegret* Gifanius proposuit, *aegrit* in codicibus exstat.

[15] Lachmannus unus *alideusia* impressit, quod vocabulum non legitur in Thesauro.

**† alsius**

V 1002 *Ignis enim curavit ut alsia corpora frigus Non ita iam possent caeli sub tegmine ferre.*

**amaror** i. q. sapor amarus

VI 923 *dilutaque contra Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror* [16].

Postea occurrit apud Vergilium Georg. II 247, ubi alii *amaro* habent, et apud Caelium Aurelianum Chronicarum sive tardarum passionum lib. III 5,69.

**ancisus**

III 658 *[serpentis corpore disciso] Omnia iam sorsum cernes ancisa recenti Volnere tortari.*

Vocabulum ex *ambi* et *caesus* compositum Isidoro Prisciano Paulo Diacono (forma *ancaesa*) notum.

**anguimanus**

II 537 *Sicut quadripedum cum primis esse videmus In genere anguimanus elephantos;* V 1290 *Inde boves lucas* · · ·, *Anguimanus, belli docuerunt volnera Poeni Sufferre.*

Hoc vocabulo singulari multo post Lactantius De opificio dei 5,12 semel usus est.

**† auctificus**

II 571 *Nec porro rerum genitales auctificique Motus perpetuo possunt servare creata.*

**augmen**

I 428 *esse aliquo debebit id ipsum Augmine vel grandi vel parvo denique, dum sit;* II 73 *quia, quae decedunt corpora cuique, Unde abeunt minuunt, quo venere augmine donant;* 188 *Sursus enim versus gignuntur et augmina sumunt;* 495 *Ergo formarum novitatem corporis augmen Subsequitur;* 1129 *augmine adempto;* III 268; V 669; 1294.

---

[16] Idem versus iam exstat in parte libri quarti (IV 224 ed. Munronis) a compluribus editoribus seclusa.

Vox speciatim Lucretiana multo recentiore aetate recurrit apud Arnobium Adversus nationes VII 24 (258 15 R.)[17] et in quadam inscriptione christiana VIII saec.

**austrum** vide **haustrum**

† **auxiliatus** i. q. auxilium

V 1027 *Alituum porro genus alis omne videmus Fidere et a pinnis tremulum petere auxiliatum*[18].

**aversabilis** i. q. aversandus

VI 383 *quibus incautum scelus aversabile cumquest.*

Postea semel usurpatur ab Arnobio Adversus nationes VII 45 (279 12 R.).

† **barbiger** i. q. barbatus

V 887 *Quippe videre licet pinguescere saepe cicuta Barbigeras pecudes;* VI 963 *Barbigeras oleaster eo iuvat usque capellas.*

**baubari**

V 1058 *cum [canes] deserti baubantur in aedibus.*

Vox onomatopoetica a grammaticis et glossariis saepe commemorata.

**bucerius bucerus** (graece *βούκερως*)

II 662 *Saepe itaque · · · Buceriaeque greges · · · Dissimili vivont specie;* V 853 *bucera saecla Omnia sunt hominum tutelae tradita;* VI 1228 *bucera saecla.*

Posteriore forma vocis usus est Ovidius Metamorphoseon VI 395.

**caecigenus**

II 738 *cum caecigeni · · · tamen cognoscant corpora tactu.*

Vocabulum glossariis adnotatur.

---

[17] Gu. Tschiersch De Arnobii studiis Latinis. Ienae 1905. p. 9: *augmen* (= *augmentum* i. e. carnis quoddam genus) et p. 18.

[18] Hanc vocem E. Loefstedtius in Arnobianis p. 10 sq. recte restituit Arnobio, fidissimo Lucretii imitatori I 44 (29 17 R.), ubi scribendum esse censet: *Atquin constitit Christum · · · auxiliatibus plenum nobis potestatis munificae liberalitate donasse.*

**cataplexis** (graece κατάπληξις) i. q. res quae admirationem faciat

IV 1139 *[puella est] Magna atque inmanis cataplexis plenaque honoris.*

Vocabulum graecum satis usitatum apud scriptores Latinos non alias invenitur.

† **cinefactus** i. q. in cinerem versus

III * 903 *At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflevimus*[19].

**circumcaesura** i. q. extremitas vel superficies cuiusvis rei (graece περικοπή)

III 219 *Quatinus* · · · *Extima membrorum circum caesura tamen se Incolumem praestat;* IV 630 *Ut* · · · *Extima membrorum circum caesura coercet.*

Praeterea hoc vocabulum occurrit apud fidum Lucretii imitatorem Arnobium Adversus nationes III 13 (120 15 R.)[20].

† **clinamen** i. q. clinatus declinatio inclinatio (graece παρέγκλισις)

II 292 *Id facit exiguum clinamen principiorum.*

**coactare** i. q. cogere

VI 1113 *Ut* · · · *[aër] omne Qua graditur conturbat et immutare coactat;* 1152 *Singultusque* · · · *Corripere adsidue nervos et membra coactans Dissoluebat eos.*

Post Lucretium e coniectura scriptum exstat apud Arnobium Adversus nationes I 2 (4 24 R.) et longo post temporis intervallo recurrit in Gregorii Magni Moralibus II 21.

**commeditari**

VI 110 *Carbasus ut* · · · *fragilis sonitus chartarum commeditatur.*

---

[19] Ita Nonium secutus edidit Lachmannus, *cinem factum* codices praebent.

[20] † *clarigitare* verbum, quod Lachmannus solus ex coniectura scripsit V *934, in Thesauro pro dubio recte adfertur.

Apud Lucretium unum idem valet quod *imitari*, *reddere*. Aliter et Rhetor ad Herennium III 18,31 et Ausonius 364,23 hoc verbo usi sunt, apud quos ad significationem verbi simplicis accedit (*meditari*, *animo perpendere*).

† **commutatus** i q. c o m m u t a t i o

I 789 *quoniam quae paulo diximus ante In commutatum veniunt* [21].

**conciliatus** i. q. c o n g r e g a t i o c o n i u n c t i o c o a g m e n t u m p r i m o r u m c o r p o r u m

I 576 *Quorum condenso magis omnia conciliatu Artari possunt;* II 100 *quaecumque magis condenso conciliatu* · · · *resultant;* 134 *quae parvo sunt corpora conciliatu;* 933 *sine conciliatu.*

Haec vox Lucretiana non nisi ablativo singulari usurpata est et in fine versus. Multo post tempore vocabulo usus est Pseudo-Rufinus in Commentario in Oseam prophetam 12,12.

† **concruciare** |

III 148 *quasi* · · · *non omni concruciamur Corpore.*

† **condensere**

I 386 *Quod si forte aliquis* · · · *Tum putat id fieri quia se condenseat aër.*

**condurare**

VI 961 *Umor aquae porro ferrum condurat ab igni.*

Postea hoc vocabulum occurrit bis apud Cassiodorum Variarum VIII 10,4 et XII 12,2.

**confervefacere**

VI 349 *[fulmen] Dissoluit porro facile aes aurumque repente Confervefacit.*

Praeterea ex coniectura scriptum legitur apud Vitruvium De architectura VII 14,1.

---

[21] Cfr C. I. H i d é n De casuum syntaxi Lucretiana I p. 14.

† **confulcire**

II 98 *Sed magis adsiduo varioque exercita motu Partim intervallis magnis confulta resultant [corpora].*

**conlaxare** i. q. laxare

VI 231 *quia, nimirum, facile omnia circum Conlaxat rareque facit lateramina vasis Adveniens calor eius* [22].

Multo tempore post ter recurrit apud Caelium Aurelianum Acutarum sive celerum passionum III 3,20, De significatione diaeticarum passionum 40, Chronicarum sive tardarum passionum II 1,20, ubi idem valet quod *una laxare.*

**conridere** i. q. simul ridere congaudere

IV 83 *tam magis hoc intus perfusa lepore Omnia conrident correpta luce diei.*

Post Lucretium hoc vocabulum apud christianos demum scriptores reperitur in Vulgatae editionis Genesi 21,6, in Ecclesiastico Iesu Sirach 30,10, in Augustini Confessionum IV 8,13.

† **consecue**

V *667 [23] *Namque ubi · · · ita res mundi cecidere ab origine prima, Consecue quoque iam redeunt ex ordine certo* [24].

**contages** i q. contagio

III 732 *Et mala multa animus contage fungitur eius* [25]; IV 319 *Quae contage sua palloribus omnia pingunt;* VI 276 *ipse sua cum Mobilitate calescit, et e contagibus ignis;* 1234 *Qui fuerant autem praesto, contagibus ibant Atque labore.*

Postea haec vox semel ponitur ab Arnobio Adversus nationes VII 40 (273,3 R.).

---

[22] *color* in Thesauro errore impressum exstat.

[23] VII liber in Thesauro falso indicatur.

[24] Ita Lachmannus acutissime coniecit, *consequiae quoque iam rerum* cetera codices servant.

[25] *contage* cum codicibus Brieger Munro Giussanus ediderunt, *contagibu'* Lachmannus Bernaysius praeferunt.

**contingere** i. q. tingere (tinguere)

De hoc verbo in Thesauro dicitur: Loci quidam (I 934 938 II 755)[26], qui vulgo huc trahuntur, rectius videntur enumerandi cum similibus sub 1. *contingo*. Paulson quoque in Indice Lucretiano enumeratis I 928, 932, 941, II 656, 752, IV 9, 13, 22, 390 adnotat: Rectius fortasse Lucretio abiudicatur *contingo* a *tinguo* deductum et alterum *contingo* solum relinquitur.

† **contractabiliter**[27]

IV 643 *Illi · · · levissima corpora debent Contractabiliter caulas intrare palati.*

† **coortus**

II 1102 *Multaque post · · · solisque coortum Addita corpora sunt extrinsecus;* VI 664 *Et tempestates pluviae graviore coortu sunt.*

**crepitacillum** i. q. instrumentum crepans sistrum

V 219 *At variae crescunt pecudes armenta feraeque, Nec crepitacillis opus est.*

Aliter hoc vocabulo usus est Tertullianus Adversus Marcionem III 13.

**creteus** i. q. e creta factus

IV 280 *ut siquis, prius arida quam sit Cretea persona, adlidat pilaeve trabive.*

Altero sensu usurpatur a Servio Ad Vergilii Ecl. 1,65, quo loco fere idem valet quod *lutulentus*.

**cumcumque** videas **quomquomque**[28]

**dementire** i. q. insanire desipere furere

III 464 *dementit enim deliraque fatur [animus].*

Praeterea hoc verbum occurrit apud Apuleium Tertullianum Lactantium Martianum Capellam.

---

[26] I 928, 932, II 752 ed. Briegeri.

[27] *contrectabiliter* pro forma normali in Thesauro adfertur.

[28] *decellere* a Lachmanno ex coniectura fictum II 219 non legitur in Thesauro; cfr C. I. Hidén De casuum syntaxi Lucretiana II A p. 17.

† **(deplectere) deplexus** i. q. c i r c u m v o l u t u s

V 1308 *leae · · · Deplexae · dabant in terram volnere victos.*

**desipientia** i. q. d e m e n t i a

III 497 *Desipientia fit, quia vis animi atque animai Conturbatur.*

Multo tempore post reperitur apud Hilarium De trinitate X 53 et Hippocratis libri prognosticon veteris translationis 3.

**differitas** i. q. d i f f e r e n t i a

IV 619 *Expediam, quareve · · · Tantaque in his rebus distantia differitasque.*

Post Lucretium hoc vocabulum exstat apud Arnobium Adversus nationes II 16 (60 24 R.), V 36 (206 27 R.), VII 23 (256 7 R.), 27 (261 13 R.), apud Nonium p. 435 M., Incerti carminis de figuris 19.

† **diffusilis** i. q. d i f f u s u s f l u i d u s

V 457 *Sic igitur tum se levis ac diffusilis aether · · · undique flexit.*

† **diluviare** i. q. i n u n d a r e

V 377 *amnes ultraque minantur Omnia diluviare ex alto gurgite ponti.*

† **discrepitare** i. q. d i s c r e p a r e d i f f e r r e

II 1015 *verum positura discrepitant res;* III 800 *quid enim diversius esse putandumst Aut magis inter se disiunctum discrepitansque;* VI 1096 *quia longe discrepitant res.*

† **disiectus** i q. d i s s o l u t i o d i s s i p a t i o

III 925 *Maior enim turba et disiectus materiai Consequitur leto.*

† **dispositura** i. q. d i s p o s i t i o

I 1021 *Tandem deveniunt in talis dispositura;* V 182 *si in talis dispositura Deciderunt quoque.*

† **disserpere** i. q. se diffundere

VI 571 *Quippe cadunt toti montes, magnoque repente Concussu late disserpunt inde tremores.*

† **durateus** (graece *δουράτεος*) i. q. ligneus

I 470 *Nec clam durateus Troianis Pergama partu Inflammasset equos nocturno Graiugenarum.*

(Continuabuntur)